


3185

## LITURGICI

3186

porro *Codici* summum splendorem conciliat, *Icones* sunt XLII. Vitam, Passionemque Servatoris coloribus elegantissimis repraesentantes, quarum illa, quae fol. 60. vifitur, *Pictoris*, ut arbitror, *μονογραμμα* hac figura  exhibet. In ultima magna hominum omnis conditionis multitudo genuflexa quinque *Christi* Stigmata veneratur, quos inter eminentem *Albertum* Card. quivis facile agnoscet, cui alterutra *Ejus* imago ab *Alberto* *Durero* aeri incisa nota fuerit. Margines singularum Iconum adornant *Figurae* V. T. Mysteriis depictis *ἀναλογαι*. In fronte *Codici* legas: 1623. *Solamen spei patientia*. Hunc librum aeterni amoris fidelitatisque perfectæ signum *Sacræ* *Cæsareæ* *Majestati* D. *Clementissimo* dono dedit. *Sacri* *Rom. Imperij* *Princeps* *Electior* per *Germaniam* *Archicancellarius* *Jo. Suicardus* (de *Cronberg*) *Archiepiscopus* *Moguntinus*. Haec *Ferdinando* II. manu propria *Princeps* cum maximis aevi sui comparandus, ut adpellatur a *G. Chr. Joannis* in *Suppl. L. V. Rer. Mogunt. Nic. Serarii* T. I. P. 2. p. 932.

DCCCCL.

509 Codex chartaceus germ. Sec. XVI. Folior. 176. 4. nitide scriptus continet: I. Meditationes de Vita et Passione Servatoris in XXIV. Diei Horas distributas hoc titulo: *Das andechtig Zeitglöcklein des leben vnnnd leidens Christi nach*

*den XXIIII. Stunden ausgetailt*. Exponitur praevis modus utendi, et ipsa Mysteriorum in Horas Divisio, hoc initio: *Dises Buechlein ist nicht anders, dann ain andechtige betrachtung darzu sich der Mensch mit allem vleis schicken soll* &c. *Lucem* vidit *Ulmae*. 1493. 4.

II. fol. 133. Meditatio de sacrificio Missae hoc titulo: *Die betrachtung von der mess anfachtent von der menschwerdung Christi*. Initium: *Das conuitor das ist die offen peicht bedeuitt die predig sand Yohanns des tauffers* &c.

III. fol. 146. Farrago piorum Exercitiorum, puta: Meditatio de Nativitate Christi; VII. Missae multum proficuae *Gregorio* M. ut adseritur, revelatae, et a. 1411. quo nullus hoc nomine Pontifex, ab *Innocentio* confirmatae; Orationes in magna afflictione per Triduum dicendae; demum Orationes quaedam ad SS. Trinitatem et Divinas Personas compositae pro Duce *Wilhelmo* *Bavaro* anno 1531. qui annus lapsus Cl. *Lambecii* Codicem hunc L. II. *Comment* p. 809. edit. *Kollar. col.* 642. *Maximiliano* I. Imp. tanquam *carissimum* tribuentis manifestat. Neque *insignem* facile cum eo dixero; non desunt enim saltem in postremis levia quaedam et superstitiosa.

DCCCCLL

Codex membraneus germ. Sec. 95<sup>a</sup> XVI. Folior. 524. 4. caractere gran-

U u 3

3187

## C O D I C E S

3188

grandi nitide exaratus, et praeter literas initiales, multosque foliorum margines insuper LXVI. facris Iconibus insignis ea penicilli dexteritate et colorum amoenita-

te depictis, ut jucundissime detineat spectatorem, inscribitur *Ortulus anime*, hocque Monitum praefert:

*Der selen gürtlin wurde ich gñent.  
Von dem latein man mich noch kent.  
Zu Straßburg in seym vatterlant  
Hat mich Sebastianus brant  
Gesehen vnd vast corrigiert,  
Zu teusch auch vil transferiert.  
Was man in mich sügt (säet) bie in zeyt,  
Das selb man dort mit freyden schneyt. (schneidt)  
Do würt der somen recht auffgon.  
Wer mich recht pflanzt, dem würt der Ion.*

Itaque *Sebastianus Brand* seu *Titio* pius ille *ICTus Argentinas* Librum hunc praecatorium latine a nescio quo congestum, et germanice versum secundis curis limavit, atque ita limatum *Prela cum Argentinæ*, tum alibi ineunte *Sec. XVI.* pluries vulgavere. Exemplum, quod prae manibus habemus, *Hominis nobilis* et certe opulenti iussu descriptum est ex edit. *Argent. Mart. Flachii* 1510. ut habes *fol. 523. p. 2.* Addita tamen a *Scriptore* fuisse quaedam, docet ibi adjunctus *Index* hoc rubro: *Dise stück begreiffst dis büchlein me dann das vorgetruckt Ortulus.* Percensere ea supervacaneum. Illud observare juverit: *Rubricas* quasdam *Orationibus* praemissas et incertis traditionibus nixas eandem virgulam censoriam passas fuisse, quam ad *Cod. similem* demonstravi. Unde olim ad eundem *Κρυτογα* pertinuisse videntur. Vide *fol. 379. p. 2.*

## DCCCCLII.

*Codex* membraneus *germ. Sec. 972* XVI. Folior. 158. 8. min. luculente scriptus, literis initiorum partim auratis, partim *historiatis*, marginibus multis picturatis et V. Iconibus grandibus ornatus varia *Pietatis Exercitia* magnam partem *Vulgi* traditionibus nixa complectitur. Insunt tamen *fol. 24.* *Psalmi de Poenitentia* cum *Litaniis OO. SS.* omnia lingua admodum rudi, quod vel in ipsis *Sanctorum* nominibus *Partelme, Larenntz, Cristoffel, Ciriax, Nicolaus, Doradea, Barbera, Ellena* &c. liquet. *Fol. 145. p. 2.* legas: *Anno domini 1.5.1.2. I. L.*

## DCCCCLIII.

*Codex* membraneus *germ. Sec. 860* XVI. Folior. 127. 12. nitide descriptus, picturatus et deauratus, *Precatorius* est, quondam ad usum *An-*